



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Observantia S. Constitutionum Urbanarum, à  
Innocentio XII. Pontifice Maximo impensè præcepta Fr.Fr.  
Minoribus S. Francisci Coventualibus Provinciæ  
Coloniensis: ac munita clementissima ...**

**Wissingh, Anton**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Rescriptum III. Reverendissimi, ac Celsissimi Episcopi, ac Principis  
Paderbornensis. Hermanus Wernerus, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ,  
Episcopus Paderbornensis, Sacri Romani Imperii Princeps, & Comes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49637](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49637)



RESCRIPTUM III.

Reverendissimi, ac Celsissimi Episcopi, ac Principis Paderbornensis,

HERMANNUS WERNERUS, Dei & Apostolicae Sedis Gratiâ, Episcopus Paderbornensis, Sacri Romani Imperii Princeps, & Comes Pyromontanus.

CUM Pastoralis nostri officio incumbat, debitumque exigat, & exoptulet, ut laudatissimas Summi Pastoris dispositiones eâ, qua par est, reverentiâ exequamur; illisque etiam omnis assistentia præbeatur, qui hac in parte suum studium impendunt; de Suae verò Sanctitatis intentionis dispositione communiti, qualiter nempe clementissimè demandavit, *Fratribusque Minoribus Conventualibus Sancti Francisci* Provinciae Colonienensis injunxit, ut veteris ac religiosae paupertati conservandæ, imprimis necessaria *Urbanarum de vitæ communis observantia Constitutionum* ordinationi penitus se submittere, omniaque & singula, quæ quavis ratione illi derogare possunt, omni studio evitare nitantur, & hac super re, suo apud Colonienfes Nuntio Apostolico voluntatem suam indicari, seriòque mandari jusserit, ut illi-



bata Constitutionum dictarum observantia ad pristinum reducatur vigorem, inque futura tempora incorruptibiliter firmetur, omnem suæ potestatis Auctoritatem Apostolicam impendat, & enixè conetur.

Seriò hoc sanctissimi Patris mandato, variorum Archi- & Episcoporum, & Episcoporum, eum in finem communi tendentium voto & consilio, proprioque etiam nostro zelo inducti, *Patris Antonii Wissingh Provinciae Colonien- sis Fratrum Minorum Conventualium Mini- stri Provincialis* Libello supplici assentientes, qui nostram ad hanc laudabilem intentionem exequendam Assistentiam submississimè implo- ravit, gratiosissimè deferimus, omnem ad hoc operam adpromittentes. Cunctos istius Or- dinis Religiosos, præcipuè in hac nostra Dice- clesi in *Herstell* degentes, quamdiu ibi tolera- buntur, & alios jurisdictioni nostræ Ecclesiasti- cæ subjectos paternè in Domino commone- mus, ut laudatissimi Sanctissimi Patris, & Superi- rum suorum præcipuè moderni Provincialis, ad majorem Dei gloriam, Ordinisque, ac Provin- ciæ imprimis Colonien- sis felicitatem, & incre- mentum tendentis intentioni non solum non refragentur, sed & unanimi studio, ac ferventi zelo morigerè sese submittant: scientes, in contrarium eventum, protectione & gratia no- stra sese indignos fore, & inobedienciæ religio- sæ & laxæ libertatis vindices nos habituros.

Me-



Meliora tamen de illis, uti secundum Regulam sancti Francisci, veræ paupertati incumbentibus sperantes, & in Domino confidentes.

In quorum fidem hæc literas manu & sigillo nostro munitas dedimus in Arce Residentiæ nostræ Neuhusanæ, decima octava Septembris, Anno 1699.

HERMANNUS WERNERUS.

(L. S.)

---

RESCRIPTUM IV.

Reverendissimi ac Celsissimi Principis ac Abbatis Corbejenfis.

FLORENTIUS, *Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ, Libera & Imperialis Ecclesiæ Corbejenfis Abbas, Sacri Romani Imperii Princeps.*

CUM certa ratione nobis innotuerit, quòd Sanctissimus Dominus N. D. INNOCENTIUS Papa XII. *Fratribus Minoribus S. Francisci Conventualibus* Provinciæ Coloniensis seriò demandârit, quatenus veteris